

rios inficias, etiamsi de licentia Abbatisse, & ad Abbatisse nutum, vel conventus, seu monasterii nomine percipiant? Sacra Congregatio censuit, in nullo supradictorum casuum licere Moniales dictos fructus, seu redditum percipere; & si perciperint, incidere in penas d. c. *ress. 25. de Regularibus*. Neque ab huiusmodi penis excusari ob licentiam Abbatisse, quae eam d. Concilii decreto in supradictis casibus concedere quidem prohibetur, sed debet ex suo munere ex monasterii redditibus, vel elemosynis, Monialium necessitatibus in dies subvenire. Ex quibus declarationibus apparet, non esse amplius locum opinioni Jo. Andr. in regul. *Non est obligatorum*. Calder. *cons. 2. de Regularibus*, & Abbat. *cons. 88. part. 1.* existimantium, licere professo de licentia Superioris Prælati accipere aliquam annualem provisionem à conventu, vel à provincia, puta scutorum decem, ut exemplificat Jo. Andr. vel quinquaginta, ut inquit Calder. & Abb. persolvendam pro vestibus, & aliis personalibus necessitatibus.

68 Item in Urbinaten. cum Archiepiscopus Urbini retulisset Sacrae Congreg. se non potuisse adducere Moniales cuiusdam monasterii ad suscipiendam exactam vitam communem: ideoque illis proposuisset, ut fieret communis arca, cujus clavibus penes Abbatissam existeret, & intra eam aptarentur tot scriniola, quot essent Moniales, ita ut unaquæque haberet claviculam scrinioli sui, & in eo asservaret pecuniam ex laborio, vel aliunde partam, quæ in ipsius tantum, & non in alterius necessitates erogari deberet arbitrio Abbatisse; Sacra Congregatio hoc temperamentum lucrum existimavit, ac repugnans decreto dicti c. 2. quod jubet, ut omnia Superiori tradantur, conventuique incorporentur, ideoque mandavit Archiepiscopo, ut quamdiu Moniales communem vitam non susciperent, interdiceret illis receptionem puellarum ad habitum & professionem.

69 In monasteriis tamen, in quibus, vel ob carentiam redditum vel ob incuriam, & negligentiam Superiorum, vita communis non servatur, nec potest introduci, & monasterium indigentibus Monialium non supplet, nec ob ejus paupertatem supplere potest, omnes pecunie undequaque quæsitæ à Monialibus, in capsam depositi conferendæ sunt, & registrandæ, ac nomine monasterii exigendæ; & exinde ut Monialibus exhibitoribus de necessariis ad vitam provideatur, eidem elemosynaliter de licentia Abbatisse per depositariam tradi debent; ita enim eo modo, quo potest, servatur votum paupertatis, & tollitur occasio proleptatis, ut cum alius tradit Donatus *prax. rerum Reg. 1. 2. tract. 15. q. 11. 19.* & 20. ubi sub n. 1. refert decretum Sacrae Congregationis Visitationis Apostolicæ jussu Urbani VIII. factæ die 13. Julii 1617. pro Franciscanis Conventualibus monasterii SS. Apostolorum Romæ pro hæc verba: "Pecunie vero, aliæque res quæcumque fratrum intra viginti quatuor horas tradantur Superiori in commune conventus ærarium reponendæ, triplicique clavi custodiendæ, quarum una penes Guardianiam pro tempore existentem, duæ vero aliæ penes duos alios fratres singulo quoque anno pro conventum eligendos, conserventur, ex quibus subministrato exhibitori, quantum Religiosæ ejus necessitates (status valetudinis, laborumque ratione habita) expostulare videbuntur, reliquarum penes ærarium remanet, & arbitrio duarum ex tribus partibus Capituli, seu Congregationis Provincialis singulis annis faciendæ erogetur."

70 Partite autem dictæ capse communis per computationem separatam tum sic inscribi debent: *Il monastero deve aver da se per conto di suor N. N. scudi...* prout Sac. Congr. Episcoporum, & Regul. *rescripsit Archiepiscopo Barenzi. 2. Octob. 1595.* cui totam pecuniam provenientem ex Monialibus particularibus in capsam communem deponendam esse injunxerat, quoties Moniales ex causis supradictis ad vitam communem reduci non possent. Et iterum ita fieri jussit generaliter 4. Feb. 1678. ut refert Crispin. *de visitatione* §. 42. n. 40.

71 Unde ut Moniales in monasteriis, ubi non adest vita communis, possint licite exigere, retinere, & expendere livella, debent quinque conditiones, seu circumstantiæ concurrere: Prima scilicet, quod habeant dependen-

ter à voluntate Superioris: *Secunda*, ut sint paratæ pecuniam consignare ad nutum ejusdem Superioris: *Tertias*, ut pecunias convertant in licitos, & pios usus, & decemiam eorum status: *Quarta*, quod non sit pecuniam superfluum: *Quinta*, quod sit penes capsam depositi, seu ærarium communem: Donat. *prax. rer. Regul. tom. 4. tract. 15. quest. 11.* & 19. & alii plures ibi citati, Monacell. *part. 1. tit. 11. formul. 20. num. 4.* & 6. ubi habet, quod hæc Donati theoria potest tute praticari, & tolerari, prout tolerari posse declaravit Sacra Cong. in una *Cesenaten.* pro monasterio S. Clarae illius Civitatis rescribendo sub die 12. Martii 1693. in obsequium Card. Denhoff tum Episcopi vitam communem desiderantis: *Ad mentem*, referent Eminentissimo Card. Acciajolo, & mens fuit, quod circa vitam perfecte communem nihil esset innovandum.

72 Livella non possunt à Monialibus, & Regularibus cedi eorum consanguineis sine licentia Sacrae Congregationis: *Rota decisi. 610. num. 8.* & 9. *coram Card. Corro, & in Albanen. locorum montium 26. Jan. 1725. coram Calcagnino Card. Petra tom. 5. Commentar. ad cons. tit. 5. Pauli 11. sect. 2. num. 7.* ubi citat alias Rota decisiones, & testatur, Regularis & Moniales passim recurrere ad Sacram Congregationem Episcoporum, & Regul. pro obtinendis licentiis in concedendis livellis suis consanguineis, quæ solent concedi accedente consensu Superiorum, & Capituli Conventualis, ut ipse expertus est, dum erat Secretarius dictæ Sacrae Congregationis, ut refert eodem *tom. 6. commentar. ad cons. tit. 12. Sixti IV. num. 5. in fine.* Et revera cum nuperime quidam petisset à d. Sacra Congregatione facultatem transgredi in certa conventa summa pecunie pro decursi livelli annualitatibus à suis consanguineis partim non solutis, & partim sub dubio an fuerint integraliter solutæ, ex quo utraque pars fuerit negligens in registrandis, & asservandis memoriis: dicta Sacra Congreg. Episcoporum, & Regul. sub die 16. Jan. 1739. *rescripsit concedendo facultatem, & remittendo executionem Generali ejusdem Ordinis, dummodo narrata vera existerent*, (narraverat enim à suis consanguineis pluries pecuniaria subsidia ultra suum livellum gratis percipisse) & *accederet consensus Capitularium Conventus, cujus erat filius, & actus fieri nomine ipsius Conventus.*

73 Posse autem Moniales, & Regulares remittere suis consanguineis, vel aliis donare fructus sui livelli cum sola licentia Superioris, tenent Sanchez *ad præcepta decalogi l. 7. c. 22. n. 16.* Diana *coordinat. tit. 7. tract. 3. de paupertat. religiois. resol. 69.* Cardin. de Luca *de Regularibus. disc. 56. à n. 7.* Paulut. *in voto arbitr. pro veritate edito in una Cesenaten.* quod registratur in *discret. 36. art. 2. per tot.* Ursaya *1. 3. part. 2. discept. 1. §. 18. num. 36.* & §. 22. *num. 35.* Valer. *de differ. utriusque fori verb.* Munera *num. 37.* & alii passim, & *Rota decisi. 1162. num. 17. coram Emeris Junior.* Immo plures ex citatis, & non pauci alii Doctores tenent, Moniales, & Regulares posse similes cessiones, remissiones, seu donationes fructuum sui libelli facere absque licentia ad id specialiter Superioris, seu cum sola licentia generali insumendi tales fructus in suas indigentias, & religiosos usus. Et ratio istorum est, quia eo ipso, quod Religiosus certa quantitas conceditur, & præscriptur; censetur etiam dari tacite licentia expendendi in honestos usus id quod sibi subtrahit parsimoniam; tum quia per talem donationem, seu remissionem, Monialis, seu Regularis nullum damnum infert monasterio, sed parca vivendo, & expendendo detrahere videtur concedentis suæ personæ, genio, & ventri id, quod donat, vel remittit, & Bulla de largitione munerum, prohibet tantum largitiones munerum, ex quibus damnum, seu grave incommodum infertur monasterio; tum etiam quia ex hac opinione datur occasio Monialibus, & Regularibus, ut libentius abstinentiæ, sobrietati, frugalitati, modestiæ, & moderato sumptu assuescant, dum sciunt ea, quæ sibi de necessariis subtrahunt, posse consanguineis, & aliis de se benemeritis donare, & in aliis licitis operibus expendere: Valer. *de different. utriusque fori, verb. Munera numer. 37.*

Peyrin. *tom. de subdit. quest. 2. cap. 2. §. 6.* Navarr. *consil. 3. num. 46. de statu Monachor.* Beja *car. 32. vers. Respondemus: Ursaya tom. 3. part. 2. discept. 1. §. 22. à num. 35.* Pauluc. *loc. cit. à numer. 38.* D. Cajetanus de Alexandris in *Confessario Monialium cap. 4. §. 4. quest. 6.* Card. de Luc. l. c. Diana l. c. & alii plures, quæ opinio in monasteriis, ubi adest talis consuetudo, si ad sit licentia saltem tacita Superioris, est vere probabilis, quia tacti, & expressi eadem est virtus, l. Cum quid, ff. *de rebus cred. & cap. 2. de rescriptis. (Verb. Pascha, num. 30. & Sepultura, num. 210.)*

75 Intellige tamen de cessione, seu donatione fructuum livelli non ascendendum ad magnam summam, quia pro cessione, seu donatione annualitatum constantium magnam, & notabilem summam, seu pro cessione Juris livelli recurrendum est ad Sacram Congregationem Episcoporum, & Regul. juxta dicta supra *num. 72.* cum circa talem summam, & tale Jus obstat Constitutions Clementis VIII. & Urbani VIII. de largitione munerum, ad quarum solummodo formam possunt Regularis uti livelli, ut decrevit Sac. Congreg. Episcoporum, & Regul. in *Florentina 21. Junii 1690. ad relationem Eminentissimi Cardin. Petrucci.*

76 Monialis ex pecunia sui livelli, seu aliunde quæsitæ nequit sibi censum emere, seu constituere neque de licentia Abbatisse, immo neque ipsam pecuniam tradere monasterio, seu Abbatisse pro indigentibus monasterii cum pacto, vel etiam tacita conventionione adhibita, ut monasterium, seu Abbatisse certos redditus ad rationem tot pro centenario, ejus vite durante, concedat, seu solvat. Sic expresse decrevit Sac. Congreg. Concilii in *dicta Neapolitana* relata ex Fagnano *suprà num. 67.* Unde cum quidam Regularis dedisset monasterio capitale in pecunia cum pacto, ut ei quotannis certa summa solveretur, suborto dubio an monasterium ad id teneretur; Sac. Congreg. Episcoporum, nuperime *rescripsit, monasterium non teneri.* Sic refert Card. Petra *tom. 4. comment. ad cons. 5. Benedicti XII. sect. 2. num. 29. in fine.*

77 Neque potest Monialis ex peculo sui livelli, vel aliunde quæsitæ, & sibi libere à Superiore concessio fundare censum, ut ex ejus fructibus post ejus mortem celebrentur missæ pro anima ipsius, quia cum quidquid acquiri Monachus, monasterio acquirat: *cap. Statutum 1. caus. 18. quest. 5. cap. Abbatess 16. caus. 18. quest. 2. cap. Quia ingredientibus 7. caus. 19. quest. 3. cap. In presentia 8. de probat. statim ac census fundare, & acquireretur monasterio, & non esset amplius fundatio sub dispositione Monialis, & proinde non posset supponere onere missarum. Pasqualigus in *qq. moral. juridic. quest. 199. num. 1.* D. Cajetan. de Alexandris in *Confessario Monialium cap. 4. §. 2. q. 12.* & alii passim. (Verb. Regulares.)*

78 Nec potest Monialis tradere amico certam summam pecunie ex suo livello, seu aliunde quæsitæ cum pacto, quod post ejus mortem factæ celebrari tot missas, quia sic Monialis disponeret quidem vivens de tali pecunia, sed tamen causa mortis, ita ut dispositio non sortiretur effectum, nisi post mortem; hoc autem esset disponere per modum ultimæ voluntatis, quod est omnino prohibitum Religiosis Regularibus *Aubent. Cod. de Sacrosanct. Eccles. cap. Non dicatis 11. caus. 22. quest. 1. cap. Quia ingredientibus 7. caus. 19. quest. 3. cap. Quia ingredientibus 2. de testamentis* cum similibus, D. Cajetanus *loc. cit. quest. 13.* & alii. (Vid. proxime *verb. Beneficiarius, Dominium, & Testamentum, in add. hisp. & notis.*)

79 An autem possit Monialis dictam pecuniam ex suo livello, seu aliunde quæsitam proprio usui concessam donare alteri cum onere, ut statim celebrentur singulis annis aliæque missæ in perpetuum? variant Doctores. Affirmat Ludov. Lopez *l. 2. de contrañd. c. 40.* Navarr. *Comment. 2. n. 41. de Regul. & alii,* quia dicunt, hoc non esse disponere per modum ultimæ voluntatis, cum eo ipso, quod disponat per donationem, disponat irrevocabiliter; de ratione autem dispositionis per modum ultimæ voluntatis est disponere revocabiliter: at melius negant

Pasqualigus *loc. cit. D. Cajetanus loc. cit. quest. 13.* Molina *tom. 1. de justitia disp. 140. col. 2.* & alii plures quia Monialis, & Regularis nec potest facere donationem mortis causa, arg. l. 2. §. 1. ff. *de Tutel. & rat. disrah.* Reiffenst. *lib. 4. decr. tit. 26. numer. 360.* & alii passim. Nisi de re modica fiat donatio mortis causa, quia istam cum consensu Superioris, seu Superiorissimæ, & multo magis ipsam Superiorem, seu Superiorissimam posse facere, tenent Barbosa in *cap. Quia ingredientibus 2. de Testamentis numer. 5.* Pirhing. *l. 3. decret. tit. 26. n. 48.* Reiffenstuel *loc. cit.* Sanchez *l. 7. moral. cap. 8. num. 11.* Layman *3. tract. 5. cap. 3. num. 4.* & alii communiter. Tum quia in nostro casu non intervenit vera donatio, sed deputatio dictæ pecunie pro celebratione missarum, quæ videtur dispositio per modum ultimæ voluntatis; cum illud onus injunctum continuet etiam post mortem, quod est omnino prohibitum Religiosis Regularibus, *per cit. Jura non antecedenti.*

80 Supradicta omnia clara deducuntur ex eo, quod Sedes Apostolica quotiescumque per Sacram Congregationem Episcoporum, aut Concilii, facultatem habendi livella, seu vitalitia Regularibus, aut Monialibus concedit, solet adjicere sequentes conditiones: "Dummodo annuus redditus à Procuratore monasterii exigatur, & recta via deferatur in commune depositum, & tunc Orator recipiat quantum, & quatenus opus fuerit, & in suas religiosas necessitates applicet, applicatorumque quoties à Superioribus fuerit requisitus rationem reddat, & residuum in communes monasterii necessitates erogetur." Sic refert Card. Petra *tom. 4. commentar. ad constitut. 5. Benedicti XIII. numer. 38.* & *Rota part. 16. recentior. decis. 405. num. 5. vers. Totam:* Et de facto in *Panormitana*, cum quædam Monialis præterdotem monasterio tributam sibi reservasset scuta quinquaginta annua pro suis necessitatibus, atque indigentibus, petiit sibi fieri facultatem illa erogandi in usus prædictos: "Sac. Congr. Conc. censuit, hanc pecuniam annuam, non obstante reservatione, jam quæsitam esse monasterio; ideoque deferendam esse recta ad manus Abbatisse, quæ primæ prospiciat necessitatibus Monialis oratrici, & quod reliquum fuerit in usus totius monasterii convertat."

81 Alias consimiles Sacrae Congregationis declarationes refert Ursaya *tom. 3. part. 2. discept. 1. §. 13.* & signanter *sub num. 7.* ubi de redditibus vitalitatis, quos quædam Moniales reperiebantur in possessione de se recipiendi, & retinendi, nomine proprio. "Sac. Congreg. Concilii censuit, hos redditus ab ipsamet Abbatisse exigere, & ad ipsius manus recta deferri oportere, de quibus pro suo arbitrio subveniet in primis necessitati Monialium quarum intuitu hi redditus monasterio obvenirent, ceterum quod supererit, in communem monasterii usum convertat." Et sub n. 3. *refert aliam emanatam die 16. Novemb. 1629. ibi:* "Che le sovvenzioni annue, che si assegnano alle Monache particolari per le loro Religiose necessità, siano da principio volontarie à parenti. Le Monache poi siano obligate di tenere li frutti di tali assegnamenti nel comune depositato, che si prendino dalle mani dell' Abbadesse per le loro religiose necessità solamente; ed il residuo s'impieghi nelli usi comuni del monasterio." Et sub numero 5. refert aliam emanatam 11. Febr. 1678. approbatam ab Innocentio XI. cum addito: "Che si levi ogni altro abuso introdotto contro le buone regole monastiche, massime quelle di aver trovato tal forma di vivere, è tali abusi nel tempo del loro ingresso nel monasterio." Merito proinde concludens cum doctissimo Episcopo Crispan. *Nella visita pastorale part. 2. §. 24. num. 39. in medio,* quod in his terminis à Monialibus inalegalis est usus in contrarium attento dicto oraculo pontificio, & resolutione ejusdem Sacrae Congregationis; & Donat. *ser. Regul. tom. 4. tract. 15. de voto paupertat. quest. 5. numer. 3.* & 4. ac Fontan. *ad constitut. Ord. Prædicator. verb. Professio n. 11. fol. 530.* dicunt: "Ex clara dispositione Capituli Generalis Panormitani celebrati an. 1611. admonit. 3. utriusque sexus Regularæ viventes sub habitu S. P. Dominici

tenentur ad observantiam regule & constitut. nostr. non prout hic, vel ibi servatur, sed simpliciter, prout litte sonat. Hec ille.

83 Hinc legatum relictum Moniali, seu Regulari in particulari sub conditione, quod quamdiu vivit, pertinet irrevocabili ad eam, vel eum, independentem a licentia Superioris, vel Superioris, non debetur ipsi Moniali, seu Religioso, sed monasterio, & talis conditio habetur pro non adjecta: vide verb. Legatum n. 8.

84 Immo legatum relictum Moniali, seu Regulari, nec momento temporis potest esse apud eam, vel eum, sed illico acquiritur monasterio: vide dict. verb. Legatum, num. 89. & 90.

85 Nec Moniales & Regulares in particulari possunt habere seu de se retinere legata, præsertim si sint in bonis stabilibus, neque de licentia quorumcumque suorum Superiorum: vide dict. verb. Legatum num. 91.

86 Immo talis licentia etiam esset obtenta ab eorum Generalibus, qui dicerent eam posse concedere, non excusaret Moniales, & fratres à culpa & pena à Concilio Tridentino imposita: vide dict. verb. Legatum n. 92.

87 Adducitur advertentia diligenter habenda: vide dict. verb. Legatum num. 93.

88 Insuper adducitur conclusio doctissimi Fagnani semper attendenda: vide dict. verb. Legatum num. 94.

89 Livella Monialium administrari non possunt à se ipsis, juxta oraculum Clementis XI. 28. Julii 1708. & 26. Januarii 1709. de quo in synod. Fulginatens. Bapstistell. in appendic. fol. 181. relata ab Ursaya in miscellan. sacro & profano 1. liter. L. n. 121.

90 Monialis, & Regularis transiens ab uno monasterio ad aliud deferretur livellum ad secundum monasterium, vel secundam religionem, quia livellum, seu vitalium est personale, & sequitur personam Religiosæ, seu Religiosæ, pendetque ab illius vita; Card. de Luca de Regular. decis. 57. numer. 19. Donat. prax. rer. Regular. tom. 1. tract. 8. de transuntibus quest. 61. n. 9. & 10. Ursaya tom. 3. part. 2. discept. 1. §. 22. num. 26. Card. Petra tom. 4. commentar. ad const. 5. Benedicti XII. sect. 2. n. 60. ubi refert sic resolutum fuisse à Congregat. particulari in Romanæ annuæ redditus 7. Junii 1707. Cui Congregationi & ipse ut unus ex deputatis interfuit.

91 Monialis an, & quomodo pecuniam ex suo livello, & aliunde quesitam possit ludo exponere? Vide verb. Ludus à num. 9. ad 12.

92 Alia de livellis, & annuis redditibus, vide Ursayam tit. 4. part. 2. discept. 1. §. 22. per tot. Card. Petram tom. 4. commentar. ad const. 5. Benedicti XII. sect. 2. per tot. Fagnan. lib. 3. decret. in cap. Monachi 2. de statu Monachorum per tot.

93 Episcopus, Vicarius Generalis, quilibet alius Prælati, & officialis seu deputatus nihil accipere potest pro ingressu, & professione Monialium, pro exploratione, pro approbatione depositi dotis, pro licentia, & hujusmodi, ut sæpe sæpius decrevit Sacra Congreg. Episcop. & Regular. & signanter in Tranen. 30. Maji 1608. in Isernien. 6. Junii 1642. & expresse Innocent. XI. die 1. Octobris 1678. in sua taxa dicta communitur Innocentiana §. Generalitè, ibi: "Generalmente in tutto quello che riguarda, le quali à guisa di Monache respectivamente vivono ritirate, il Vescovo, ò altro Prelato, il Vicario così Generale, come particolare, è qualunque altro ufficiale, ò deputato, ed il Cancellero, anche i parenti, ed i familiari del Vescovo, ò Prelato, ò de' suoi officiali, non possano esigere, ricevere ò emolumento alcuno in denaro, ed in altre cose eccetto che quelle comestibili, che siano proporzionate all'uso, è consumo proprio dentro tre giorni, anche con titolo di donativo, per l' ammissione all' abito monastico, per l' approvazione del deposito della dote, per la professione, per l' ammissione dell' educande, ed altre donne secolari: per le rinunzie, che si fanno dalle Novizie, per l' elezione dell' Abbadessa, ò altra Superiora, per licenze de' medici, chirurgi, ed operari, per le licenze di parlare alle Monache, ed altre, che sono nel monasterio, per la deputazione de' Confessori, Cappellani, Procuratori, Esattori, ed al-

tri Ministri, è generalmente per ogni altro atto, che riguarda al governo; ma solamente il Cancellero per il rogito delle rinunzie, è per li atti, che convenga fare sopra la giustificazione del deposito della dote, possa esigere la mercede proporzionata alla fatica della scrittura, purchè non ecceda, in tutto gini 5. moneta Romana, ovvero l' equivalente alla moneta del Paese."

Additur attendenda ad rem sequens epistola Sacre Congregat. Episcop. & Regul. transmissa die 23. Martii 1719. Eminentiss. Card. Jacobo Boncompagno Archiepiscopo Bononiensi, & relata à Benedicto XIV. in egregiis suis notificationibus, volumine 2. notificatione 9. num. 7. in fine ibi.

"Si è compiaciuta questa Sagra Congr. nella relazione fatta nuovamente in quest' oggi dell' informazione di vostra Eminenza toccante la contumacia di comestite Monache di S. Martia circa la revisione de' conventi, da cui si pretendono essenti, come soggette al governo de' Regulari, recedendo da quanto aveva sopra di ciò deciso dopo il giorno 10. Febr. di decretare, che l' E. V. in vigore delle costituzioni apostoliche, nelle specie della bolla della S. M. di Gregorio XV. è delle resoluzioni altre volte prese dalla medesima, è dalla Sacr. Congr. del Concilio possa coartare le Monache del mentovato, ed altri monasteri sottoposti al Regulari, ad esibire i conti dell' amministrazione economica, è riconoscerne se i depositi delle doti segnano secondo gli ordini di questa Sac. Congregazione, conformandosi nel resto alla proibizione fatta all' Abbadessa, è Monache di non ammettere all' abito veruna zitella senza la precedente licenza. Glielo significo con baciarle riverentemente le SS. Mani."

Ingressu Monialium in monasterium dotis solutio approbatur ea, quæ datur non ad ingressum in Religionem, sed pro contractu, quæ facit Religio cum illa, quæ ingreditur obligans sese ad ejus sustentationem. Si verò monasterium pro se sit dives, ut sufficere ex suis possit Monialium sustentationi, tunc utique præstaret dotem imminuere, quin etiam penitus remittere, quamquam id agendum non est nisi prius consulta S. Congr. Concilii. De Synod. Dioc. lib. 7. cap. 58. §. 6.

Quoad prandia, cenæ, & munera, quæ ab ingrediente Moniales exigunt, perseverare censet Pontifex prohibitionem factam ab Urbano V. Extrav. 1. de Simon. inter comm. ibi.

Modum tamen imponendum sumptibus apparatus, & commensationum, ac pomporum, quæ sunt in ingressu Monialium, censet Pontifex, usus opportune hac in re doctrina Navarri in tract. de reddit. eccles. lib. 5. §. 7.

Annue præstationes, quas consanguinei solvunt designatis Monialibus, vita communi minime repugnant, sed requiritur, ut omnia manibus Præpositæ consignentur, quæ prius consulere debet indigentibus illius Monialis, in cujus gratiam collate sunt; & si quid reliquum, in ceterarum levamen erogetur. De Synod. Dioc. lib. 13. cap. 12. §. 19. nov. edit.

Plura hoc in articulo cumulat Auctor de numero Monialium, de dote, & de livellis. Nos pauca addemus, vel consultando, vel declarando, vel supplendo ipsum Auctorem.

Ad numerum Monialium quod attinet, tenet Auctor n. 5. dispositionem cap. Periculoso §. Sane, de stat. Regul. in 6. qua irrita declaratur professio Monialis ultra numerum receptæ, contrario uso esse abrogatam. Ad hanc opinionem improbat Castropalaus tract. 16. d. 1. quest. 7. §. 6. n. 5. Pellizar. de Monial. cap. 2. sect. 1. n. 7. agentes sibi constare nonnullis in locis servari, adeoque inspiciendum esse consuetudinem regionum, & secundum eam judicandum. Quinimodo meo iudicio, attenda hac diversitate, in locis, in quibus nec favorabilis, nec contraria obtinet consuetudo, standum est dispositioni dicti textus.

Quoad verò dotem, verum regulariter est quod tradit Auctor num. 18. Moniales velatas absque dote non esse admittendas, conversas verò posse sine dote aliquid admitti propter necessitatem. Ceterum si contingat adolescentulam aliquam esse monasterio ad aliquid

aliquem usum, puta ad pulsandum organum, necessariam, hæc etiam uti velatam admitti posse sine dote, quidquid contradicit Pellizzar. de Monial. cap. 3. sect. 2. num. 46. non improbabili alii tenent: idque quia eadem necessitatis ratio, quæ permittit admissionem conversæ sine dote, permittit & in hoc casu debet admissionem velatæ pariter sine dote.

Non solum dos Monialium diminui nequit, absque licentia Sacre Congregationis Episcoporum & Regularium negotiis præpositæ, ut notavit Auctor n. 32. sed nec à principio taxari amplius potest à Superiore monasterii, sive is sit Episcopus, sive Prælati Regularis, sed debet ab ipsa Sacre Congregatione taxari: Pellizzar. de Monial. cap. 3. sect. 2. num. 43.

An possit Monialis admitti cum dote majori, quàm quæ taxata est, hæc tamen lege, ut ad officia consuetam monasterii haud teneatur? Affirmat Pellizzar. de Monial. cap. 3. sect. 2. num. 45. qui tamen una monet, in casu urgentis necessitatis posse quædam Monialem illam ad exercenda mox dicta officia consuetam monasterii. Verum, ut Pellizzario scripsit Bordonius, haud debet mulier ratione majoris dotis recipi hoc cum pacto, utpote contrario voto obedientiæ, & si recipiatur, pro non apposto haberi debet dictum pactum. Accedit, quod dedit augeiri dotem jam taxatam hoc nomine, quod non teneatur Monialis ad consuetam officii monasterii.

Quod demum concernit livella, quidquid alios allegans contradicit Auctor num. 73. & seq. semper, ac fit à Moniali unica remissio livellorum pro futuris annis, opus est licentia Summi Pontificis, quum hæc remissio sit alienatio, ut post Bordon. aliosque firmat. Capon. discept. 94. num. 37.

Ad id hic sub num. 112. hæc habet quod dicitur concernit livella, quidquid alios allegans contradicit Auctor num. 73. & seq. semper, ac fit à Moniali unica remissio livellorum pro futuris annis, opus est licentia Summi Pontificis. Ast ego Auctor expresse teneo, requiri ad id dictam licentiam, ut clare patet n. 72. ubi inter alia refero etiam decretum Sac. Cong. Episcop. & Regul. 16. Januarii 1739. num. autem 73. & 74. refero tantummodo opinionem aliorum, non eam sequendo, ut evidenter demonstrat dicens: Et ratio istorum est, &c. Vide ibi etiam sub num. 75. †

De livellis quæri solet, an possint ea assignari, vel relinqui ea conditione, ut nihil acquiratur monasterio? Sed Domini (recte ait Rota inter impress. post Torr. de pact. futur. success. dec. 74. num. 7. & plur. seq.) re bene considerata existimaverunt, hæc reservationem conditionem non impossibilem, & omnino repugnantem, quam Monacho aliquid habere non permittatur in proprietate, sed totum fit monasterii, &c. adeoque annexa est regula monachali proprietatis abdicatio, ut contra eam nec Summus Pontifex possit adeoque annexa est regula monachali proprietatis abdicatio, ut contra eam nec Summus Pontifex possit licentiam indulgere &c. Inferbant, quod non poterant dicti ducati 70. reservari pervenire in utilitatem, & commodum P. Henrici, quin simul monasterio quærentur; aliis esset quedam repugnantia, & contradiclio, quæ vitaret supra dictam reservationem, &c.

Hinc ad sustinendum actum memorati renuntiationis verba sic intelligi debere, ut monasterium patiatur dictum Henricum ducatos 70. reservatos habere eo modo quo potest &c. Huic juridicæ interpretationi nihil repugnat licentia Sacre Congreg. quia restricta reservatione ad solum usum, & commoditatem Monachi reservantis, necessario sequitur, quod integrum maneat ejus Superioris hæc usum revocandi, & ad proprias & honestas necessitates restringendi, quum hoc modo salvetur reservatio, ut in nihilo pugnet cum Religio-nis substantia." Vide & Rotam post eundem dec. 75.

Major questio est, an livella cessent accepta in monasterio vita communi? Sed hæc questionem diremit Sacre Congreg. Episcoporum & Regularium negotiis præfecta in Casanatens. 1. Februarii 1692. negative respondendo, Monialibus Spiritus Sancti, & Sanctæ Catharinæ Casanæ, quæ eam hac de re consulerant. Decretum hoc refert Pauluc. discept. 36. art. 3. n. 40.

De livellis an gaudeant privilegio dotis. Vide Car-

dinal. de Luca de Regul. discurs. 34. numer. 1. Rot. in recentior. decis. 39. numer. 13. part. 11. §.

ARTICULUS III.

Moniales quoad ea, quæ concernunt clausuram.

SUMMARIUM.

1 Clausura ante tempora Bonifacii VIII. fuit solam sub consilio.

2 Clausura à quo primo sub formali, & absoluto præcepto fuerit indicta.

3 Ad clausuram tenentur nunc Moniales omnes professæ cujuscumque regule, & ordinis, & nominis, etiam tertiarie in congreg. viventes, & tria vota essentialia emittentes.

4 Et si remanent, prohibetur eis receptio ad habitum.

5 Quamvis clausura non continetur formaliter in regula cujuscumque Monialis, continetur tamen virtualiter sub tribus votis, & signanter sub voto obedientiæ.

6 Hinc Moniales professæ hac conditione, ut clausura non obligentur, non sunt veræ professæ.

7 Moniales temere egredientes à clausura sui monasterii, ultra alias gravissimas penas, incurunt ipso facto excommunicationem majorem.

8 Supradictas penas incurunt Episcopi, alique Superiores Monialium injuste licentiam Monialibus egredienti à monasterio concedentes, & omnes alie persone ipsas Moniales injuste, & illicite de monasterio egresses comitantes, vel recipientes, & sic talem illicitum egressum, vel illum perseverantiam foventes.

9 Non incurunt tamen dictas penas, qui post illicitum, & injustum egressum Moniales comitantur, vel recipientur, non ut cooperentur illi injusto, & illicito egressui, seu perseverantia in ipso, sed solum, ut earum honori, & honestati consulant, vel gratia urbanitatis, amicitie, seu consanguinitatis, & affinitatis.

10 Excommunicationem, & alias dictas penas incurrit Monialis, quæ ambobus pedibus exit ostium clausuræ uno, vel altero palmo.

11 Monialis ascendens supra tectum violat clausuram, & incurrit dictas penas.

12 Monialis faciens se dimitti à fenestra correspondente via publicæ patenti secularibus, quamvis non totaliter descendat, sed maneat suspensa in medio areæ pendens ex aliquo fune, clausuram violat, & incurrit penas.

13 Item clausuram violat Monialis ascendens arborem in horto monasterii, & procedens ad ramum omnino prominentem extra murum, etiam si ascenderit causa recreationis, seu alio fine, dummodo totum corpus perpendiculariter pendeat extra locum clausuræ.

14 Item clausuram violat Monialis se ponens in Rota, eamque volvens versus partem exteriorem, ad quam seculares accedunt.

15 Item clausuram violat Monialis, quæ appenso fune ex superiore limine porte clausuræ, eoque manibus apprehenso, ludit ludo navis.

16 Item clausuram violat Monialis egrediens ad spatium, quod est inter januam monasterii clausuram, & aliam secularibus patentem.

17 Item clausuram violat Monialis accedens ad domos contiguas monasterii inhabitatas à feminis servitricibus, seu ad propria ecclesiarum exteriorem.

18 Item clausuram violat Monialis urbanitatis, vel curiositatis gratia egrediens à proprio monasterio, & in aliud contiguum ingrediens.

19 A tali excommunicatione violata per illicitum egressum clausuræ, seu per cooperationem concedendo licentiam, comitando, & recipiendo sic illicitum egressum, si sit publica, absoluti solus Summus Pontifex, vel habens ab eo auctoritatem.

- 20 Si autem sit occulta, alii dicunt non posse ab ipsa absolvi Episcopum.
- 21 Et alii tenent oppositum volentes posse ab ipsa excommunicatione occulto absolvi Episcopum, & habentes ab Episcopo facultatem.
- 22 Quod dicitur de Episcopis respectu Secularium, & Monialium sibi subiectarum, intelligi etiam debet de Prelatis Regularibus respectu suorum subditorum.
- 23 In foro conscientie posse Confessarios Regulares absolvere a tali excommunicatione, etiam si sit publica aut deducta ad forum contentiosum, docent plurimi.
- 24 A panis privationis officiorum, & dignitatum, & inhabilitatis laici ad S. Pio V. possunt absolvi pro utroque foro, quoad suas subditos, Episcopi, & Prelati Regulares.
- 25 Conciliantur dicta supra sub n. 19. cum dicitur, sub verb. Absolutio art. 1. num. 6.
- 26 Moniales possunt in aliquibus casibus de monasterio exire absque incurso panarum, & precipue ex causa magni incendii vel infirmitatis, leprae, & epidemice.
- 27 Quid veniat nomine magni incendii, nomine leprae, & nomine epidemice.
- 28 Moniales possunt licite egradi etiam in aliis casibus consimilibus praedictis, ut quando grave periculum substat Monialibus ratione imminenti bellis, inundationis fluminis, ruinae aedificii, seu alterius gravioris consimilis periculi, nisi exeant.
- 29 Occurrit aliquo casu, in quo iuxta dicta licitus est egressus Monialium a monasterio, requiritur licentia Superioris.
- 30 In monasteriis subiectis Episcopo, seu Ordinario loci sufficit licentia solius Episcopi, seu Ordinarii loci. In monasteriis autem exemptis requiritur ultra licentiam Praelati Regularis, etiam licentia Episcopi, seu Ordinarii loci.
- 31 Nomine Episcopi, qui approbare causam debet, & potest venit etiam Vicarius Generalis, & Capitularis.
- 32 Si in aliquo ex dictis casibus periculum sit in mora, nec ob distantiam possit Superior consulti, tunc Moniales in tali necessitate, & periculo possunt licite exire.
- 33 Abbatissa cum licentia solius Episcopi, & Superioris Regularis, si sit ei subiecta, possit exire de monasterio ad praestandum Principi seculari Domino feudi fidelitatis iuramentum, quando illud praestare non potest per Procuratorem.
- 34 Moniales, licet olim possent de licentia Ordinarium, & Superiorum monasteriorum, transferri ad novum monasterium fundandum, vel etiam reformandum, seu ad officium Abbatissatus, seu aliud munus exercendum, tamen hodie quacumque occasione transferri non possunt amplius de monasterio ad monasterium sine speciali licentia Sedis Apostolicae toties quoties obtinenda.
- 35 Facultas, quae olim, sive de Jure communi, sive ex Concilio Tridentino locorum Ordinariis, vel monasteriorum Superioribus super hoc competeat, fuit sublata per constitutionem S. Pii V.
- 36 Moniales ex licentia Sacrae Congregationis egressae, tenentur sub mortali statim expleta causa egressus se ad monasterium recipere.
- 37 Si autem finita, & expleta causa sui egressus multo spatio extra monasterium morantur ob malum finem, non solum peccant mortaliter, sed etiam incurunt excommunicationem.
- 38 Monialis cum licentia Sacrae Congregationis egressa ad curandam infirmitatem, & intra domum privatam non violat clausuram, si hoc & illuc vagetur; tamen si in licentia esset praescriptum, ut talis Monialis, in domo privata servaret clausuram, tunc teneretur ad ipsam.
- 39 Monialis cum licentia Sacrae Congregationis licite egressa ad aliud fundandum monasterium, ad cur-

- randam infirmitatem in balneis, & hujusmodi, non violat clausuram, nec graviter peccat, si ea occasione ad recto itinere viginti, aut 25. milliariibus deviet ad aliquod Sanctuarium coleandum, seu ad conanguinos, vel amicos visitandos.
- 40 An Monialis legitime egressa de suo monasterio, & transiens ad aliud, seu ad balnea, seu in via accedat ad locum, in quo existit Monialium monasterium, possit ibi hospitio recipi, ad numer. 41.
- 41 Ingressus in monasteria absque justa causa, & legitima facultate, est absolute prohibitus omnibus omnino personis a Bonifacio VIII. sed sub nulla censura.
- 42 Item a Concilio Tridentino sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda, & Pape reservata, contra praeruptes ingredi monasteria Monialium propterea facultatem, revocando omnes, & quascumque ad id concessas licentias, & imponendo transgressoribus alias gravissimas penas.
- 43 Item Paulus V. inherendo literis dicti Gregorii revocavit omnes licentias ab ipso, & aliis Pontificibus concessas mulieribus cujuscumque status, ac conditionis, quoad ingrediendum monasteria Monialium, aut conversandum cum ipsis, prohibendo Superioribus, & Superiorissis sub gravissimis panis ipsas admittere, aut admittas retinere.
- 44 Et de mandato Clementis VIII. Sacrae Congregatio Episcoporum, & Regulae sub pena excommunicationis majoris Pape omnimode reservatae intra Italiam, & extra Urbem, omnibus prohibuit ingressum in monasteria Monialium ad malum finem.
- 45 Excommunicatio lata a Concilio Tridentino incurritur, etiam si ingressus non sit ad malum finem, nec praetextu licentiarum: At nulli est reservata.
- 46 Excommunicatio lata a Gregorio XIII. & Paulo V. est Pape reservata, & incurritur, etiam si ingressus non sit ad malum finem, & etiam si non sit ex praetextu licentiarum.
- 47 Quis possit absolvere a dicta excommunicatione, aliique panis laici a Gregorio XIII. & Paulo V. in dictis constitutionibus, remissive.
- 48 Excommunicatio lata a Clemente VIII. per dictum decretum ad ann. 1602. 26. Novemb. incurritur ab omnibus violentibus clausuram Monialium ad malum finem.
- 49 Et haec excommunicatio extra Urbem, & intra Italiam est reservata Romano Pontifici, ita ut Regulares, non obstantibus suis privilegiis, nequeant ab ipsa absolvi.
- 50 Imperatores, Imperatrices, Reges, Reginae, eorumque filii, & filiae possunt absque incurso excommunicationis, aliarumque panarum, ingredi cum sua decenti comitiva in monasteria Monialium. Vide tamen novissimam dispositionem Benedicti XIV. latam infra sub num. 99.
- 51 An possint etiam dicta monasteria ingredi Duces, aliaque Principissa, Duces, & Principes suprae Jurisdictione gaudentes. Vide dict. novissimam dispositionem.
- 52 An item dicta monasteria possint ingredi Fundatrices, & Fundatores. Vide dict. dispositionem.
- 53 Mulieres, quibus a Sede Apostolica conceditur licentia ingrediendi monasteria Monialium, non possunt ingredi, nisi prius habito consensu Monialium, & capitulariter praestito per suffragia secreta.
- 54 Consensus autem sufficit quod sit capitulariter praestitus a majori parte Monialium.

- 58 Pueri & puella cujuscumque sint aetatis, nequeunt ingredi, & introduci in monasterio Monialium, & introducens infantes cujusvis aetatis, vel etatis, incurrit censuras violatae clausurae. Unde tolerari non debet, quod puella, licet parvula, ingrediatur ad libitum; & Abbatissa, quae hoc permittit, privatur officio, voceque passiva.
- 59 Nomine Monialium introducentium, vel admittentium in clausuram personas non habentes ad id legitimum facultatem, veniunt omnes aetate influentes in talem ingressum.
- 60 Cardinales, aut Episcopi, sive alii Praelati ingredi non possunt monasteria Monialium, quae eorum Jurisdictioni non subsumunt.
- 61 Neque Cardinales Legati habent potestatem visitandi Moniales, & ingrediendi clausuram.
- 62 Et a fortiori neque Vicelatus potest clausuram ingredi sine Episcopi licentia.
- 63 Neque Inquisitores, nisi ex causa S. Officii.
- 64 Neque Magistratus, & Deputati ad clausuram Monialium debent ingredi cum Episcopo, nisi eos elegerit.
- 65 Neque permittit debet Episcopus deputari a civitatibus aliquo, qui comitentur Visitatores Monialium, etiam Regularibus subiectarum.
- 66 Praelati omnes seculares episcopali, ac etiam Cardinalatus dignitate praediti, nequeunt ingredi clausuram Monialium, etiam sibi subiectarum, nisi in casibus necessariis, & comitati a paucis, iisque senioribus, ac religiosis personis.
- 67 Si autem contrafecerint, incurrit interdictionem ab ingressu ecclesiae pro prima vice; pro secunda vero contrahunt suspensionem a Pontificali munere, & a divinis; pro tertia autem vice, & deinceps excommunicatione majori afficiuntur.
- 68 Unde non possunt Episcopi secum ducere in clausuram ullos laicos tanquam comites, & socios.
- 69 Adducitur, & solvitur instantia.
- 70 Propter ejusdem necessitatem, & ad promovendam utilitatem monasterii possunt Episcopi secum ducere aliquos peritos laicos.
- 71 Non possunt tamen Episcopi secum ducere in clausuram plusquam octo personas, alias incurunt praedictas censuras.
- 72 Absolutio tamen ab istis censuris non est Pape reservata.
- 73 Praelati Regulares ingredientibus extra necessitatem monasteria Monialium sibi subiectarum ligantur dicta excommunicatione majori, & privantur omnibus officiis, & dignitatibus.
- 74 Praelati Regulares quae ex causa, quomodo & quando possint ingredi & visitare clausuram interiorum monialium.
- 75 Praelatus Regularis, si fuerit Generalis, potest secum introducere duos socios sui Ordinis. Si fuerit alius a Generali, potest introducere secum tantum unum socium sui Ordinis.
- 76 Nec ipse Visitator, nec ejus socii possunt sumere intra clausuram ullam refectionem.
- 77 Si ob clausuram, vel aliam urgentem, ac necessariam causam oportuerit Superiorem Regularem eodem anno pluries ingredi dicta monasterii, tunc non aliter ingredi potest, quam cum praesentia Episcopi Diocesani, vel alterius personae ecclesiasticae secularis boni exempli, ac matura aetate ab ipso Episcopo ad hoc specialiter deputata.
- 78 Si Superior Regularis supra dictis contrafecerit, ipso facto panam excommuni. & privationem omnium officiorum, quae obtinet, ac perpetua inhabilitatis ad illa, vel alia impofterum obtinenda, voceque active & passiva, absque alia declaratione incurrit; & nihilominus nulli privilegii, & exemptionibus tueri se potest, quinibus ab Episcopo loci tanquam ad hoc Sedis Apostolicae delegato, quovis, & quando opus fuerit, corrigi, & puniri valeat.
- 79 Confessarii quomodo, & quando possint ingredi clau-

- suram, remissive.
- 80 Medici, & Chirurghi quando, & quomodo ingredi possint clausuram, remissive.
- 81 Factores, Syndici, aliique Operarii ad Monialium servitium necessarii possunt de legitimi Superioris licentia ingredi clausuram ad exercenda sua artis opera, quae commode extra monasterium exerceri non possunt.
- 82 Qui tamen habet licentiam ingrediendi pro uno servitio, non potest ingredi ad aliud servitium praestandum, alias violat clausuram.
- 83 Clausuram violant, & in excommunicationem Pape reservatam incidunt mulieres ille, seu viri, qui cum uno saxo, vel ligno, vel qualibet alia sub re intrant praetextu deferendi necessaria pro fabrica; & ita etiam Moniales ille, quae tales introducunt.
- 84 Secus autem, qui ingreditur etiam sine licentia ad extinguendum incendium, vel ad terendum seipsum, aut monasterium ab incendio, vel ad succurrendum in aliis casibus repentinae ruinae.
- 85 Licentiam concedere pro ingressu in clausuram Monialium spectat ad Episcopum auctoritate quidem propria pro monasteriis sibi subiectis; & auctoritate delegata pro monasteriis subiectis Sedi Apostolicae.
- 86 Item pro dictis monasteriis talem licentiam concedere potest Vicarius Generalis, si ad hoc habeat speciale mandatum.
- 87 Item talem licentiam concedere potest Vicarius Capitularis etiam pro monasteriis Sedi Apostolicae subiectis.
- 88 Pro ingressu in monasteria Regularibus immediate subiecta ad quem spectat licentiam concedere, ad num. 93.
- 94 Episcopus potest excommunicationem sibi reservatam imponere circa aperiitionem ostii clausurae Monialium etiam Regularibus subiectarum.
- 95 Episcopus potest visitare clausuram, & monasteria Monialium Regularibus subiectarum, etiam inconsultis, & irrequisitis eorum Superioribus Regularibus.
- 96 Quoad talem visitationem debet Episcopus observare decreta Sacrae Congregationis Concilii haec de re edita, & hic adducta.
- 97 Hic juvat addere novissimas resolutiones Sacrae Congregationis Concilii.
- 98 Alia ad rem, remissive.
- 99 Super clausura Monialium attendenda est novissima dispositio Benedicti XIV. quae adducitur, ad n. 111.
- 112 Addit. ex aliena manu, usque in finem.
- C**LAUSURA ante tempora Bonifacii VIII. fuit solum sub consilio: Quamvis enim fuerit multum commendata, & quasi indicta in Concil. Carthagin. III. can. 33. in Concil. Trullano can. 46. in Gabillon. II. can. 65. in Lugdunen. III. can. 3. in Maticonen. can. 19. in Aquisgranen. can. 19. Tamen, ut observat Suarez tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 8. num. 111. Tambutin. de Jure Abbatissae disp. 18. quest. 3. numer. 1. Pellizarius de Monialibus cap. 5. num. 23. & alii passim, non fuit ibi clausura absolute praecipua, sed sub consilio efficaciter commendata: Unde pro tunc paulo major, ac rigidior clausura imposita fuit feminis, quam viris; imposita enim erat ipsis clausura dependenter fere a legitima facultate Abbatissae.
- Primò enim sub formali, & absolute praecipua clausura Monialibus indixit Bonifacius VIII. in cap. Periculoso unico de statu Regul. in 6. Et deinde Concil. Trident. sess. 25. de Regul. & Monial. cap. 5. S. Pius V. const. incip. Circa Pastoralis officii: & consti. incip. Decori, & honestati: & Gregorius XIII. constit. incip. Deo Sacris: Unde ad clausuram tenentur nunc Moniales omnes professae cujuscumque Regulae, & nominis, etiam Tertiariae in Congregatione viventes, & tria vota essentialia emittentes: Bonifacius VIII. in cit. capit.

pit. Periculosum: Concil. Trident. cit. sess. 25. cap. 5. S. Pius V. in cit. constit. incip. Circa Pastoralis Officium: & const. incip. Decori, & honestati: & Gregor. XIII. const. incip. Deo Sacris: & sepe sepius Sac. Congreg. Episcop. & Regul. & signatur in Viridum. 15. Jan. 1602. in Constantien. 25. Junii 1603. & sepius etiam Sac. Congreg. Concil. Et si renuant, prohibetur eis recipere ad habitum: Sac. Congr. Episcop. in Pannonien. 10. Februar. 1593. in Terracin. 5. Martii 1603. in Constant. 13. Aug. 1616. & sepe alibi, & expresse

5 S. Pius V. cit. const. incip. Circa Pastoralis Officium: Quamvis enim clausura non contineatur formaliter in regula cuiuscumque Monialis, continetur tamen virtualiter sub tribus votis: Sac. Congreg. Episcop. in Zamoren. 7. Februar. 1592. & signatur sub voto obedientie: Ead. Sac. Congr. Episc. 16. April. 1619. Hinc Moniales profites hac conditione, ut clausura non obligentur, non sunt vere Professe, quia S. Pius V. in cit. constit. incip. Circa Pastoralis Officium: dictas professiones irritat: Miranda de Sacris Monial. q. 1. art. 4. Lezana. 1. 1. summa c. 25. n. 17. Emman. Rod. 1. 1. qq. Reg. q. 47. art. 2. Tamb. de Jure Abbatiss. disp. 18. q. 5. n. 6. Pelliz. de Monial. c. 8. n. 54. & alii passim.

7 Moniales temere egredientes in clausura sui monasterii, ultra alias gravissimas penas incurrunt ipso facto excommunicationem majorem reservatam Papae: Sic expresse S. Pius V. in cit. const. incip. Decori, & honestati: ibi: "Aliter autem egredientes, seu licentiam ex eundem quomodocumque concedentes, necnon committentes, ac illarum receptatrices personas, sive laicales, aut seculares, vel ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis majoris latae sententiae vinculo, statim, eo ipso, absque alia declaratione subiacere, a quo praeterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo, absolvi nequeant. Et insuper istam ingressas, quam Praesidentes, & alios Superiores praedictos eis licentiam hujusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus per eas, & neos tunc obientis privamus, & illas, & illos ad obsequia, & alia imperpetuum obtinenda inhabiles. . . deinceps."

8 Supradictas penas, ut vides ex dict. constitutione S. Pii V. incurrunt Episcopi, alique Superiores Monialium injuste licentiam Monialibus egrediendi a monasterio concedentes, & omnes aliae personas ipsas Moniales iniuste, & illicite de monasterio egressas committentes, vel recipientes, & sic talem illicitum egressum, vel illius perseverantiam foventes; non incurrunt tamen dictas penas, qui post illicitum, & injustum egressum Moniales committantur, seu recipiunt, non ut cooperentur illi illicito, & injusto egressui, seu perseverantiae in ipso, sed solum ut eorum honori, & honestati, seu castitati consulant, vel gratia urbanitatis, amicitiae, aut honoris; seu consanguinitatis, & affinitatis: Sanchez in decal. lib. 6. cap. 15. num. 72. Graffius part. 1. de dec. lib. 4. cap. 23. num. 17. Zerola in prax. Episcop. part. 1. verb. Moniales ad 16. quest. dub. 7. Bonacina in clausura quest. 1. punct. 4. numer. 5. Cajetan. de reprob. eccles. tit. de Regul. cap. 3. n. 15. Cajetan. de Alexandris in Confessorio Monialium cap. 7. §. 11. quest. 7. Tamburin. de jur. Abbatissar. disp. 19. quest. 2. num. 4. & alii passim.

10 Excommunicationem, & alias dictas penas incurrunt Moniales, quae ambobus pedibus exit ostium clausurae uno, vel altero palmo. Sanchez de decal. lib. 6. cap. 15. num. 68. Navarr. tom. 4. de Regul. numer. 57. Roder. tom. 1. quest. 49. art. 1. Cajetan. de Alexandris loc. cit. cap. 7. §. 1. quest. 1. Portell. in dub. Regul. verb. Clausura Monial. numer. 25. Comitol. lib. 6. respons. moral. quest. 3. Donatus prax. ser. Regul. tom. 4. tract. 4. quest. 25. num. 2. Bonacina de clausura quest. 1. punct. 4. num. 2. ubi dicit conclusionem procedere etiam uno solo palmo se reciperet extra januam clausurae, & statim redeat: Tamb. de jur. Abbatiss. disp. 19. quest. 4. ad casum 1. Diana part. 3. tractat. 2. de dub. Regul. resolut. 52. §. part. 5. tract. 5. resolut. 22. §. Ad haec: Gibal. de Sanctimonialib.

disput. 1. cap. 2. §. 17. consec. 2. sub num. 33. Lezana verb. Clausura numer. 7. & alii plures contra Grasiun 1. part. de dec. leg. 4. cap. 23. & in practica de casibus reservatis lib. 1. cap. 5. num. 45. Nald. in summa verb. Clausura, num. 1. Pelliz. de Monialib. cap. 5. sect. 1. q. 11. num. 19. Peyrin. tom. 2. privileg. Minor. in const. 6. Pii V. num. 4. Merlom tom. 1. disp. 1. cap. 2. de volunt. 7. difficult. num. 502. volentes dictam Monialem in casu posito ob parvitatem materiae excusari a penis, & culpa.

Monialis ascendens supra tectum violat clausuram & incurrit dictas penas. Sic Sac. Congreg. Episcop. in Lycien. 16. Septemb. 1609. & in commen. 18. Septembr. ejusdem anni, quae mandavit absolvi cum penitentia salutaribus ad arbitrium quasdam Moniales, quae bona fide ascenderant supra tectum ad siccanda frumenta, & pastas ab ipsis elaboratas, sive ad videndam quoddam festum, cum speciali prohibitione illuc ultra ascendendi propter quamcumque causam; ita apud Nicol. in Flosculis verb. Moniales num. 35. Sanchez auct. loc. cit. lib. 6. cap. 15. numer. 7. Tamburinus de jure Abbatissar. diss. 19. quest. 4. ad 4. casum, Diana part. 3. tractat. 13. miscellan. resolut. 88. Pelliz. loc. cit. numer. 74. Bonacina loc. cit. & alii distinguendo sustinent, quod si tectum monasterii correspondeat spatio extra clausuram, censetur extra clausuram, & Monialis supra illud ascendens violat clausuram; secus vero si correspondeat spatio intra clausuram, quia tunc, dicunt ipsi, reputatur quaedam pars monasterii; at vero forte ipsi non observant dictam resolutionem Sacrae Congregationis, quae sine tali distinctione procedit.

Monialis faciens se dimittere in fenestra correspondente viae publicae patenti secularibus, quamvis non totaliter descendat, sed maneat suspensa in medio aere pendens ex aliquo fune, clausuram violat, & incurrit penas, quia sic se ponit in loco, ad quem patet aditus secularibus media aliqua scala parietis apposita, quod utique prohibetur a Greg. XIII. constit. incip. Deo Sacris: Pellizarius de Monial. cap. 5. sect. 2. quest. 39. numer. 77. cum aliis ab ipso consultis; Donat. prax. ser. Regul. tom. 4. tractat. 4. quest. 28. numer. 6. & alii.

Item clausuram violat Monialis ascendens arborem positam in horto monasterii, & procedens ad ramum omnino prominentem extra murum, etiamsi ascendere causa recreationis, seu alio fine; dummodo totum corpus perpendiculariter pendeat extra locum clausurae, quia perfecte accedit ad locum, ad quem seculares possunt accedere, quod prohibetur a Gregorio XIII. in dict. constit. Deo Sacris. Donat. loc. cit. num. 4. Pelliz. loc. cit. num. 78. Cajetan. de Alexandris loc. citat. §. 1. quest. 1.

Item clausuram violat Monialis se ponens in rota, eamque volvens versus partem externam, ad quam seculares accedunt, quia vere, & perfecte talis Monialis accedit ad locum, ad quem seculares accedunt, quod est prohibuit a Gregorio XIII. in dict. constit. Deo Sacris: & se exponit gravi honestatis periculo, propter quod evitandum indicta est clausura in cit. cap. Periculoso, unic. de statu Regular. in 6. Trident. sess. 25. de Regular. & Monialib. cap. 5. & in cit. constit. S. P. V. incip. Circa Pastoralis Officium: & alia ejusdem incip. Decori, & honestati: & in cit. constit. Gregor. XIII. incip. Deo Sacris: Sic tenent Gibal. de clausura Sanctim. disquisit. 1. cap. 12. §. 17. consec. 3. Comitulus lib. 6. respons. moral. quest. 3. Portell. de dub. Regular. verb. Clausura numer. 25. Donat. loc. cit. quest. 26. per tot. & alii contra Tamburin. loc. cit. cas. 5. Diana part. 2. tractat. 2. resolut. 52. Pellizarius loc. cit. num. 72. Lezana tom. 1. cap. 25. num. 18.

Item clausuram violat Monialis, quae appenso fune ex superiori limine porte clausurae, eoque manibus apprehenso, se toto corpore a terra elevatam agitat motu reciproco exeundo nunc scilicet, nunc vero redeundo intra clausuram, qui ludus multis in locis est satis usitatus apud adolescentes, & vocatur Judus

vie: Talis enim Monialis quoad totum corpus per quamlibet agitationem verè exit extra ostium, & limites clausurae, Donat. loc. cit. quest. 27. per tot. Cajetan. de Alexandris loc. cit. §. 1. quest. 1. Pellizarius loc. cit. quest. 34. n. 71. Cum Diana, Card. de Lugo, & aliis à se consultis contra Naldum, Sanctarell. Baldell. & alios ibi citatos, Item clausuram violat Monialis egrediens ad spatium, quod est inter januam monasterii clausam, & aliam clausuram patentem, ut habetur clare ex citat. constit. Gregor. XIII. incip. Deo Sacris: ibi: "Nec itidem illicere Monialibus, & Tertiariis egredi à janua monasterii, quae & pro clausura ipsius monasterii etiam ad claudendam aliam ulteriorem januam, qua patere solet aditus secularibus venientibus, vel ad rotam, vel ad crates, seu loca colloqui destinata, quae vulgò *spartatoria* appellantur, vel ad pulsandum ipsam clausuram januam, quae loca cum saltem pro causis praefatis patere soleant secularibus, extra clausuram censi debent, etiam quod tempore clausa sunt."

Item clausuram violat Monialis accedens ad domos contiguas monasterii inhabitatas à feminis servitricibus, sicutiam si accedat ad propriam ecclesiam exteriorem, quia ad talia loca pariter accessus secularium, quod prohibetur a Gregor. XIII. in cit. constit. incip. Deo Sacris: ut patet ex modo adductis ipsis praecisis verbis, & sic tenent Doctores communiter.

Item clausuram violat Monialis urbanitatis, vel curiositatis gratia egrediens in proprio monasterio, & aliud contiguum ingrediens: immo talis Monialis est rea dupliciter violata clausura, sunt enim duo actus, egressus, videlicet & ingressus, unde etiam duplicem contrahit excommunicationem, prout rescripsit S. C. Arch. Panormit. 21. Augusti 1699. & 14. Septembris ejusdem anni, ut testatur D. Cajetan. de Alexandris loc. cit. cap. 7. §. 1. quest. 4.

At à tali excommunicatione violata per illicitum egressum clausurae, seu per cooperationem concedendo licentiam, comitando, & recipiendo sic illicite egressas, si sit publica, absolvit solus Summus Pontifex, vel habens ab eo auctoritatem. Sic expresse Sanctus Pius V. in dict. constit. incip. Decori, & honestati: ibi: "A quo (vinculo) praeterquam a Romano Pontifice, nisi in mortis articulo solvi nequeunt. Si autem sit occulta, certant inter se Doctores quisnam ab ea possit absolvere? Fagnanus enim in cap. Dilectus 15. de temporibus ordinationum ad num. 30. ad 34. tener absolute, nec Episcopum posse ab ea absolvere, quamvis sit occulta, & adducit decreta Sacrae Congregationis, & declarationem Pontificam, ibi: "Sed nunquid Episcopis facultate sibi tributa in dict. capite 6. sess. 24. in casibus occultis post concilium ex nova lege Sedi Apostolicae reservatis etiam cum clausura non obstantibus absolvi possit? Sac. Congreg. censuit non posse. Et in specie, cum dubitatum fuerit: An Episcopum, & Inquisitores possint hodie ex dict. cap. 6. sess. 24. absolvere lapsos in haeresim, non obstante Bulla Cœne Domini?" Censuit eam Bullam derogasse cap. 6. Unde frustra nonnulli ex recentioribus Theologis hunc articulum in controversiam adducunt, cum habeamus claram determinationem Sacrae Congregationis. Praeterea cum dubitasset Archiepiscopus Florentinus, an vigore cap. 7. sess. 24. posset absolvi quendam Monialem, quae & ad malum finem fregerat clausuram? Non obstante Bulla Sancti Pii V. quae videtur habere locum in casu publico, variatum est sententia. Nam ex decem Cardinalibus tres censuerunt Bullam intelligendam esse etiam in occultis, quia illius verba sunt generalia, & est tantum exceptus casus, nisi in mortis articulo &c. & quia jam declaratum Bullam Cœne Domini, quae prohibet ab aliis absolvi, habere locum etiam in occultis: Et quia cum Bulla sit confecta post Concilium, censetur derogasse Concilio. Quatuor censuerunt eam Bullam non habere locum in casibus occultis: Reliqui autem tres dixerunt agendum cum Sanctissimo, qui declaravit Bullam S. Pii V. habere locum etiam in occultis; tamen concessit facultatem Archiepiscopo absolvendam illam Mo-

nialem. Unde postea Sac. Congregatio generaliter consulta: An si Monialis alicujus monasterii jurisdictioni Regularium subjecti secreto deliquerit in materia clausurae, in Foro conscientiae absolvi possit vigore ejusdem decreti ab Episcopo, cui tamquam delegato in illis, quae ad clausuram pertinent; auctoritas tributa est decreto cap. 5. sess. 25. de regul. stante praedicta Bulla S. Pii V. respondit non posse, & Fag. quem sequuntur Mattheucci Officialis Curiae cap. 11. num. 21. Sanctarellus tract. de haeresi c. 5. dub. 11. n. 1. cum aliis per ipsum allegatis, ubi etiam ipse affert Decretum Sacrae Congregationis, quae censuit, approbante Gregorio XIII. Bullam S. Pii V. etiam in occultis procedere, & sic tenent alii plures.

Oppositum tamen tenent Navarr. 1. 2. l. 5. de sent. excomm. consil. 43. Diana part. 7. tract. 2. de potest. Episcop. resol. 20. Sanchez in decalog. lib. 6. cap. 154. numer. 76. Suarez de censur. 1. 5. disp. 41. sect. 2. numer. 10. & 12. in fine, Bonac. de censur. disp. 1. quest. 22. punct. 2. numer. 2. ubi late de decreto Tridentini, & tract. de clausura quest. 1. punct. 5. numer. 1. Thesaurus de penis 22. part. prax. verb. Clausuram violant cap. 8. verb. Absolvere: Tamburin. de Jure Abbatissar. disp. 19. quest. 6. num. 1. Pellizarius de Monialib. cap. 5. sect. 2. num. 28. Pignatelli tom. 10. cons. 100. numer. 25. Monacell. part. 1. in Appendice adnot. ad const. 8. S. Pii V. num. 4. Felix Potestas tom. 1. part. 4. num. 35. 11. Roderic. tom. 1. quest. 24. art. 30. Tolestus in Summa lib. 1. cap. 41. num. 7. Vincentius Candidus Magister Sacri Palatii tom. 1. disp. 3. art. 28. Donatus prax. ser. Regul. tom. 4. tract. 4. quest. 8. num. 9. Lezana verb. Clausura num. 20. & plurimi alii volentes, quod à dicta excommunicatione, si sit occulta, possit absolvi Episcopus, vel alius habens ab Episcopo facultatem ex Concilio Trident. sess. 24. cap. 6. ubi omnes casus occultis conceduntur, quod Tridentini decretum generaliter de omnibus casibus S. Sedi reservatis, etiam post Tridentinum, volunt intelligi. Nec, dicunt ipsi, in dict. const. S. Pii V. incip. Decori, & honestati: fit mentio dicti Concilii: Nec de illis decretis, & declarationibus aliis numero antecedentibus constat authentice; tum quia, concludunt, quod oppositum servat praxis, cum revera Episcopi passim absolvant à tali excommunicatione occulta, & ab aliis similibus.

Quod dicitur de Episcopis respectu secularium, & Monialium sibi subjeclarum, intelligi etiam debet de Praelatis Regularibus respectu suorum subditorum, quia S. Pius V. const. incip. Romani Pontificis: edita pro Praelatis Ordinis S. P. Dominici concessit, ut gaudeant eo privilegio in foro conscientiae erga subditos, quod gaudent Episcopi erga suos virtute Concilii Tridentini sess. 24. cap. 6. quod privilegium loquitur etiam de Superioribus localibus: Sic Tamburin. de Jure Abbat. disp. 19. quest. 5. n. 2. Roderic. quest. Regul. tom. 1. quest. 61. n. 9. Donat. loc. cit. num. 10. cum pluribus ibi adductis Barbosa in Concil. Trident. ad d. sess. 24. cap. 6. cum plurimis aliis ibi citatis, & alii passim.

In foro conscientiae posse Confessarios Regulares absolvi à tali excommunicatione, etiamsi sit publica, aut deducta ad forum contentiosum; docent Tamburin. de Jure Abbatissar. disp. 19. quest. 5. numer. 3. Bonacina de clausura quest. 1. punct. 5. numer. 2. Peyrin. in const. S. Pii V. pag. 203. num. 41. item in const. Julii II. & tom. 1. de subdito cit. & secutus à Felice Potest. tom. 1. part. 4. numer. 3492. Donat. prax. ser. Regul. tom. 1. part. 2. quest. 34. num. 1. cum Sanchez, Roderic. Alphonso de León & aliis ibi citatis, quia S. Pius V. in cit. constit. incip. Decori, & honestati: in reservatione dictae excommunicationis non comprehendit privilegium Regularium: Regulares autem ex concessione facta à Paulo III. Venerabili Societati Jesu constit. incip. Cum inter cunctas: edita 3. Junii 1545. possunt absolvi ab omnibus casibus, & censuris reservatis Papae, exceptis casibus reservatis Episcopis ex cons. Clement. X. incip. Supernam: ex proposit. 12. damnata ab Alexandro VII. & etiam exceptis intra Italiam, & ex-

tra Urbem aliis sex diebus Clementinis, ex quo de mandato Clementis VIII. fuerint reservati à Sacra Congregatione. Episcop. & Regul. facta per aliud decretum editi die 9. Januar. 1601. facta per aliud decretum editum anno immediate sequenti 1602. 26. Novemb. Unde cum Paulus III. in dict. constit. Cum inter cunctas: concesserit Regularibus facultatem absolvendi à censuris sine ulla restrictione, aut limitatione ad occultas, stat, quod possint absolvere ab ipsis, etiam quando sunt publicæ, & deductæ ad forum contentiosum, quia ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; capir. Quia circa 22. de privileg. & leg. de pretio, ff. de publiciana in rem action. Tum quia quando Summus Pontifex intendit facultatem absolvendi, vel dispensandi limitate ad censuras occultas, solet exprimeri dicendo, dummodo non sint publicæ, vel deductæ ad forum externum, & hujusmodi, ut est videre in dict. cap. 6. sess. 24. de reform. & docet Scotus in 4. sentent. dist. 22. art. 3. Donat. loc. cit. cum aliis ibi adductis, adeoque in non declarando videtur indulgere. Vid. verb. Absolutio art. 1. n. 41. ad 47.

24. A pœnis privationis officiorum, & dignitatum, & inhabilitatis latis in dict. constitutione S. Pii V. incip. Decori & honestati: possunt absolvere pro utroque foro quoad suos subditos Episcopi, & Prælati Regulares, quia tales pœnæ non sunt reservatæ, nam ut constat legenti verba præcisa Bullæ: relata supra sub num. 7. reservatio est facta solum pro excommunicatione; sic Roderic. tit. 1. quest. 24. art. 17. Felix Potestas tom. 1. part. 4. num. 3494. & alii.

25. Hic advertendum venit, quod ea, quæ diximus supra numer. 19. quoad à tali excommunicatione violatè per illicitum egressum clausuræ, seu per cooperationem ad ipsum concedendo licentiam, comitando, & recipiendo sine illicite egressas, si sit publica, absolvit solum Summus Pontifex, vel habens ab eo auctoritatem, non pugnant cum iis, quæ diximus sub verb. Absolutio art. 1. num. 6. ubi conclusimus, quod cum impeditis personaliter adire Pontificem, possunt Episcopi directè absolvere pro utroque foro etiam ab omnibus casibus publicis reservatis Papæ à jure, aut ab homine, etiam hæresis; ex cap. Mulieres 6. cap. De cetero 11. cap. Ea noscitur 13. & cap. De Monial. 33. de sent. excom. non pugnant, inquam, siquidem Episcopus in quantum potest absolvere personas perpetuo impeditas, uti sunt Moniales, ab omnibus casibus Papæ reservatis, ad quos alioquin ejus facultas non extenditur, comprehenditur sub iis verbis: Vel habens ab eo auctoritatem, adductis supra sub num. 19. cum per cit. jura. Episcopus vere habeat à Papa auctoritatem absolvendi personas perpetuo impeditas, uti Moniales, ab omnibus casibus papalibus. Et sic respectivo dicendum est de Prælati Regularibus quoad suos subditos, quos possunt absolvere à dictis casibus ex variis Summorum Pontificum constitutionibus, & præcipue ex constit. Sixti IV. incip. Regimini: Pauli III. incip. Licet debitum: S. Pii V. incip. Romani Pontificis: & alia ejusdem incip. Dum ad Congregationem: Vide à. verb. Absolutio art. 6.

26. Moniales possunt in aliquibus casibus de monasterio exire absque inersu pœnarum, & præcipue in tribus expressis à S. Pio V. in dict. constit. incip. Decori & honestati: ibi: Nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemice. Nomine magni incendii venit incendium, quod succurri non potest absque periculo pereundi Moniales, si intra claustra morentur. Nomine lepræ venit infirmitas ita contagiosa, ut si Moniales tali morbo infectæ non egrediantur, omnes alia: citò periculo evidenti similis infectionis subjiciantur. Nomine epidemice venit infectio pestilentialis malignam qualitatem præferens, quæ facile ad alios diffunditur cum manifesto mortis periculo, non verò morbus popularis de facili sanabilis. Sic Doctores communiter.

28. Moniales possunt licite egredi à monasterio etiam in aliis casibus consimilibus tribus prædictis à S. Pio V. expressis, ut quando grave periculum subsit Monialibus ratione imminenti belli, inundationis fluminis, ruinae ædificii, seu alterius gravioris consimilis periculi, nisi exant, quia licet Sanctus Pius V. in dict. con-

stitut. incip. Decori & honestati: utatur dictione nisi quæ videtur excludere omnes alias causas, tamen hæc dicitio non excludit casus similes, & urgentiores, ut in leg. Si mora, verb. Dumtaxat, ff. Solutio matrimonio, ubi Cast. num. 9. Jason num. 5. & alii, & sic tenent passim Doctores cum Tamburin. de jure Abbatiss. disput. 20. quest. 2. Pasqual. in Laurent. num. 30. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 102. à num. 16. (Lit. A pag. 195. num. 15.)

Occurrit aliquo casu, in quo juxta dicta licitus est egressus Monialium à monasterio, requiritur licentia Superioris. Concil. Trident. sess. 25. de Regularibus, & Monialibus cap. 5. ibi: "Nemini Sanctimonialium liceat post professionem exire à monasterio etiam ad breve tempus, quocumque prætextu nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbata." Et S. Pius V. in dict. constit. incip. Decori & honestati: ibi: "Quæ tamen infirmitas præter alios Ordinum Superiores, quibus cura monasteriorum incumbere, etiam per Episcopum seu alium loci Ordinarium, etiam si prædicta monasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum jurisdictione exempta esse reperiantur, cognita & expresse in scriptis approbata sit." Ex quibus, ut vides, in monasteriis subiectis Episcopo, seu Ordinario requiritur; & sufficit licentia solius Episcopi, aut Ordinarii loci, cum ipse respectu illorum monasteriorum sit & Episcopus, & Prælati Religionis. In monasteriis autem exemptis requiritur ultra licentiam Prælati Regularis, Provincialis scilicet, aut Generalis, juxta cujusque ordinis institutum, etiam licentia Episcopi, seu Ordinarii loci. Nomine Episcopi, qui approbare causam debet, & potest, venit etiam Vicarius Generalis, & Capitularis, ut tenent passim Doctores cum Tambur. loc. cit. quest. 5. num. 8. Barbosa de offic. & potest. Episc. part. 3. alleg. 102. n. 28. Cajetan. de Alexand. cap. 7. §. 9. q. 2. Pelliz. loc. cit. n. 37.

Si in aliquo ex dictis casibus periculum sit in mora, nec ob distantiam possit Superior consuli, tunc Moniales in tali necessitate, & periculo possunt licite exire, quia urgentissimum simili casu videtur per episcopum exceptum, quia necessitas non habet legem, & quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum; cap. Siue 11. dist. 1. de consecrat. cap. Omnes 1. de feriis, cap. Consilium 2. de observ. jejunior. cap. Consulisti 3. de celebrat. Missar. & cap. Quod non est 4. de regul. juris. In qualibet etiam dispositione intelligitur excepta necessitas; cap. Licet 6. de panis. & remiss. & sic tenent communiter Doctores cum Tamburin. loc. cit. num. 4. Tzchio de republ. ecclesiast. tit. de Reg. cap. 3. num. 15. Bonacina de clausura quest. 1. punct. 8. n. 9. addentes, Moniales in tali necessitate egressas teneri cum primum poterunt significare Superiori suum egressum. (Verb. Confessarius pag. 243. num. 17.)

An autem Abbatisa cum licentia solius Episcopi, & Superioris Regularis, si sit ei subjecta, possit exire de monasterio ad præstandum Principi seculari Domino fœdè fidelitatis juramentum, quando illud non potest præstare per procuratorem? Tamburin. loc. citat. numer. 5. Sanchez lib. 9. moral. cap. 15. numer. 52. Barbosa lib. 11. juris eccles. univers. cap. 44. numer. 70. Pelliz. de Monialibus cap. 5. sect. 2. num. 63. & alii tenent absolute, id posse, quia expresse est sic concessum à Bonifacio VIII. in cap. Periculoso unic. de statu Reg. in 6. §. Verum: Attamen quia S. Pius V. exposit in dict. constit. incip. Decori & honestati: non concedit Monialibus posse exire cum facultate Superioris: Nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidemice, nisi adsit periculum in mora perendi feudum, vel aliud grave damnum incurrendi, petenda videtur licentia à Sede Apostolica, vel à Sacra Congregatione. Unde in regesto literarum Sacre Congregationis Episc. sub die 15. Januar. 1619. fol. 9. habetur sequens decretum. "Al Nunzio di Spagna. SS. D. N. ejus in Hispaniarum regnis Nuntio literas dari mandavit, ut omnes Archiepiscopos, Episcopos, aliosve Ordinarios inferiores, tam Seculares, quam Regulares Monialium monasteria in eisdem regnis habentes certiorer, ne absque Sedis Apostolicæ auctoritate Monialibus è monas-

23. nasterii septibus egrediendi licentias nullatenus concedant, minusque easdem de uno ad aliud monasterium (tribus casibus in bulla s. mem. Pii V. nominatim exceptis) transferant." ita apud Monacell. part. 2. tit. 13. formul. 5. num. 6.

24. Hinc Moniales licet olim possent de licentia Ordinariorum, & monasteriorum Superiorum transferri ad novum monasterium fundandum, vel etiam reformandum, seu ad officium Abbatissatus, sed aliud minus execrandum; tamen hodiè quacumque occasione transferri non possunt amplius de monasterio ad monasterium sine speciali licentia Sedis Apostolicæ toties quoties obtinenda, neque occasione Prioratus, vel alterius officii, quibuscumque in contrarium non obstantibus, ex decreto Pauli V. publicato à Sac. Congr. Episcop. & Reg. sub die 22. Decemb. 1617. & generalibus ordinum procuratoribus intimato & relato à Nicolio in florul. verb. Monialis num. 19. & ab aliis passim. Nam facultas, quæ olim, sive de jure communi, sive ex Concilio Tridentino, locum Ordinarii, vel monasteriorum jurisdictionis super hoc competeat, fuit sublata per dictam constitutionem S. Pii V. quæ incip. Decori & honestati: ut eadem Sac. Congr. declaravit die 30. Maji 1631. apud Nicolium loc. cit. num. 19.

26. Moniales ex licentia Sacre Congregationis egressæ tenentur sub mortali statim, expleta causa egressus, se ad monasterium recipere: cap. Periculoso unic. de statu Reg. in 6. §. Verum, & ex constit. S. Pii V. incip. Decori & honestati: & Gregorii XIII. incip. Deo Sacris: Hoc tamen intelligendum est moraliter, & non metaphysice, adeo ut si per breve spatium v. gr. unius, vel alterius diei ingressum suum in monasterium differrent, non peccarent mortaliter; Tamburin. de jure abbatiss. disput. 20. quest. 7. num. 2. & 3. cum Sanchez, Victorell. & aliis ibi citatis, Barbosa de offic. & potest. Episcop. allegat. 102. numer. 58. & alii. Si autem finita & expleta causa sui egressus, multo spatio extra monasterium morentur ob malam finem, non solum peccant mortaliter, sed etiam incurrunt excommunicationem; Bonacina de clausura quest. 4. punct. 4. num. 22. Merola in disp. theol. moral. tom. 1. disp. 1. diffi. 6. num. 408. Barbosa loc. cit. num. 58. Castropalaus tract. 16. disput. 4. n. 9. n. 21. Sanctus in consti. Minor. cap. 11. stat. 7. quest. 2. & alii.

28. Monialis cum licentia Sacre Congregationis egressa ad curandam infirmitatem, & intra domum privatam inclusa, non violat clausuram, si huc & illuc vegetur, quia Monialis non tenetur ad clausuram, nisi intra proprium monasterium: domus autem illa privata non est monasterium; unde cum obligatio clausuræ sit odiosa, non debet ampliari, sed restringi, sicque non debet extendi ad loca, quæ proprie non sunt monasterium; arg. cap. Odia 15. de reg. juris in 6. Sanchez lib. 6. moral. cap. 15. num. 9. Navar. Comment. 4. de Reg. numer. 44. not. 4. Victorell. de origin. & clausur. Monial. verb. Monialis professæ: Tamburin. loc. citat. Monial. verb. Monialis professæ: Tamburin. loc. citat. disput. 19. quest. 4. ad 9. Pelliz. loc. cit. c. 5. num. 82. Cajetan. de Alexandris loc. cit. cap. 7. §. 6. quest. 12. & alii. Si tamen in privata esset præscriptum, ut talis Monialis in domo privata servaret clausuram, tunc teneretur ad ipsam, cum licentia esset concessa solum cum tali obligatione; sic Pelliz. loc. cit. Cajetan. de Alexandris loc. cit. & alii.

29. Monialis cum licentia Sacre Congregationis licite exiens è suo monasterio ad aliud v. gr. fundandum, ad curandam infirmitatem in balneis, & hujusmodi, non violat clausuram, nec graviter peccat, si ea occasione à recto itinere viginti, aut 25. miliaribus deviet ad aliud Sanctuarium colendum, seu ad consanguineos, vel amicos visitandos, quia hoc non fit in fraudem clausuræ; Sanchez loc. cit. cap. 15. num. 61. Bonacina de clausura quest. 1. punct. 8. n. 14. Gutierrez lib. 1. cap. 14. Tamburin. loc. cit. disput. 20. quest. 7. num. 5. Pelliz. loc. cit. cap. 5. n. 55. Castropalaus tract. 16. d. 4. p. 9. n. 19. Roderic. tom. 1. q. 47. art. 11. & alii.

40. An Monialis legitime egressa è suo monasterio, & transiens ad aliud, seu ad balnea, si in via accedat ad

locum, in quo existit Monialium monasterium, possit ibi hospitio recipi? variant Doctores; Sanchez enim lib. 6. moral. cap. 16. n. 10. Peyrin. tom. 2. privi. consti. 6. S. Pii V. n. 28. Tamburin. de jure Abbatiss. disp. 24. quest. 15. à n. 1. Pelliz. loc. cit. cap. 4. n. 107. Donat. prax. rer. Reg. tom. 4. quest. 14. & alii respondent cum distinctione: aut ista Monialis petit admitti intra monasterium ejusdem ordinis, & habitus, & sic excipi potest absque alia licentia Superioris, non solum causa hospitii, sed etiam in casu, quo illa degeret in aliqua domo privata ad recuperandam sanitatem, & veller ingredi monasterium gratia recreationis, & hujusmodi, quia talis Monialis non est extranea, cum sit ejusdem Ordinis, ac habitus, adeoque non cadit in illam prohibito ingrediendi monasteria Monialium, quæ comprehendit solum extraneos; vel Monialis petit admitti in monasterium diversi ordinis, & habitus, & tunc si ibi non adsit monasterium proprii ordinis, potest in ipso admitti, de licentia tamen Superioris illius monasterii, & non aliter, quia religiosa charitas, quæ Religiosis personis maxime convenit, & honestas status Monialis, exigit, ut ibi in hospitio recipiatur; secus autem si divertere velle in dictum monasterium diversi ordinis, non causa necessarij hospitii, sed gratia recreationis, aut invisendi Monialem consanguineam, aut amicum, quia tunc nequit ibi excipi, nequidem de licentia Superioris, quia Monialis itinerans respectu talis monasterii est vere extranea, adeoque ex hac sola causa non potest in illud admitti, si cuti nec potest admitti quæcumque alia persona extranea.

Castropalaus autem part. 3. disp. 4. p. 10. numer. 4. D. Cajetan. de Alexandris loc. cit. cap. 7. §. 7. q. 8. & alii negant absolute posse talem Monialem admitti in monasterium, sive sit ejusdem ordinis, sive diversi, quia unum monasterium non communicat cum alio in clausura, quod, ut dicit citatus Cajetanus, est de mente Sacre Congregationis, quæ consulta, an Moniales advenæ essent admittendæ intra clausuram? respondit negative in Pistorin. 16. Junii 1585. quam forte declarationem non observant Doctores primæ sententiæ.

Ingressus in monasteria Monialium absque justa causa, & legitima facultate est absolute prohibitus omnibus omnino personis à Bonifacio VIII. in cap. Periculoso unic. de statu Reg. in 6. sed sub nulla censura. Item à Concilio Trident. sess. 25. de Reg. & Monial. cap. 5. sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, sed nemini reservata, ut apparet ex textu, ibi: "Ingressi autem septa monasterii nemini liceat cujuscumque generis, aut conditionis, sexus vel ætatis, sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda." Deinde S. Pius V. idem quod statuit Concil. Trident. jussit observari in sua constitutione incip. Circa Pastoralis officii: Gregorius autem XIII. constit. incip. Ubi gratiæ: idem statuit sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, & Papæ reservata contra presumes ingredi monasteria Monialium prætextu facultatum à Summo Pontifice, vel à Legatis, seu ab aliis concessarum, revocando omnes, & quascumque licentias à quibusdam concessas ingrediendi monasteria Monialium; & præter excommunicationem ipso facto incurrendam, & Summo Pontifici reservatam, impositi etiam pro Abbatibus, & Abbatissis aliisque monasteriorum utriusque sexus Superioribus, & personis, privationem dignitatum, beneficiorum, & officiorum, & inhabilitatem ad illa imposturæ obtinenda. Item Paulus V. constitutione incip. Monialium statuit: inherendo literis dicti Gregor. XIII. sui prædecessoris, revocavit omnes licentias ab ipso, & aliis Pontificibus concessas mulieribus cujuscumque status, ac conditionis quoad ingrediendum monasteria Monialium, aut conversandum cum ipsis; & præterea prohibuit Abbatissis, seu Priorissis, ac Superioribus, ne dictas mulieres introducere, seu admittere, vel admissas quomodocumque retineant, seu presument, idque sub pœna excommunicationis majoris reservatæ Summo Pontifici, & sub omnibus aliis pœnis contentis in citat. constit. Gregorii XIII. & de mandato Clementis VIII. Sac. Congregat. Episcop. & Regul. 26. Novemb. 1602. sub pœna excommunicationis majoris Papæ